



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiis Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1701

VD18 90029526

Consult. XXI. De Patientiâ Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45487

convertendum se, & nihili pependit illa; Et ego permisi ipsum facere omnia, quæcunque voluit, ut speciem alicujus præferret conversionis, & eadem nihili pependi. Infelix amice mi, omnia, quæ fecisti, non erant nisi ludus & merus jocus; poenitere tuum non est supernaturalis quidam dolor, qui tuam operetur conversionem; non est nisi timor purè naturalis, qualis est ille alicujus bestiarum cultrum suo jugulo imminere videntis: Lachrymæ tuæ non sunt sanguis contriti ac humiliati cordis; sed imbecillitas amoris proprii, qualis illa fuerat Antiochi: confessio tua non est sincera, nec integra, siquidem nec centesimam agnoscis partem criminum tuorum ex sola culpa tua; Tu probe nosti, te nunquam cordi habuisse conscientiam tuam: tua tandem communitio abominandum est sacrilegium, quæ tibi non

proluit, nisi ad sigillandam & confirmandam damnationem tuam, proprio sanguine Redemptoris tui.

Nunc ergò vides, quid sit tam insolenter abuti Misericordiâ DEI; Jam sentis & ingenti tuo experiris damno, quid commiseris delicti, quando dicebas: Misericordia DEI est infinita, hinc audacter peccemus, nec timeamus, quod perire nos sit permissura. Nesciebas unquam magnam satis æstimationem de Misericordia DEI concipere in animo tuo; Hinc & nunquam sciebas sat magnum ergà illam amorem nutrire in corde tuo. Ah! quis dabit nobis gratiam incessanter contemplandi ipsius excellentias, ut ipsi nos totos devoveamus, ipsam adoremus, ipsam laudemus, ipsam amemus, & cantemus magnificentias ejus in sæcula æviterna. *Misericordias Domini in æternum cantabo.*

CONSULTATIO XXI.

De Patientia DEI.

An Patientia sit perfectio Dei.

AN perfectionibus DEI agregemus longanimitatem hanc Patientiam, quam demonstrat supportando peccatorem in erroribus vitæ suæ? An perfectio sit DEO, à maligno homine tolerare om-

nia, abs eo, quod puniat ipsius crimina? Jam dudum Tertullianus dixit, quod videatur, DEUM suâ patientiâ injuriosum sibi esse: *Suâ sibi patientiâ detrahit Deus.* Existimatione quodammodo con-

Yyy 2

vellig

vellit suam, & specietenus suam imminuit auctoritatem, dum adeo longam contemptuum ac injuriarum sibi ab insolente plasmate suo factarum sustinet ac tolerat seriem, abs eo, quod ullam in illas meditetur ultionem. Nonne enim timendum sit, quod illud cum tempore sibi persuadeat plasma, DEUM non esse, vel esse cœcum, aut surdum, vel omni penitus destitutum potentia ac sensu, dum sic omnia contra se & coram oculis suis commissa perfert ac tolerat crimina. Quid perfectionis poterit in hoc observari? Potius hoc est plurium perfectionum divinarum offuscare splendorem. Ubi namq̄ est Sapientia & Scientia ipsius infinita, si hominis istius per tot annos ab ipso multiplicata non cognoscat crimina? Vel si cognoscat, ubi est iustitia & sanctitas ipsius, dum nunquam non tolerat illa, abs eo, quod unquam multare velit? nonne quodammodo hoc sit approbare illa? Si punire illa velit, ubi infinita ipsius est potentia, ad ultionem de iis sumendam? ubi est tandem zelus gloriæ suæ, si conservare hanc negligat. Non videtur patientia illud diffundere jubar, quo resurgent aliæ ipsius adorandæ perfectiones, infinitas divinitatis suæ excellentias luculenter divulgantes. Videtur igitur Africanum illud do-

ctrinæ prodigium merito dixisse, DEUM suâ sibi patientiâ injuriosum esse: *Suâ sibi patientiâ detrahit DEUS.*

Sed reverâ tenendum est oppositum: Nam ex omnibus perfectionibus DEI vix unica sola magis incomprehensibilis videtur ipsius patientiâ. Verum est, misericordiam ipsius esse super omnia opera ejus, sed patientia illius transcendit quoque ipsius misericordiam. Quare? quia una condonat peccata, altera suffert & supportat illa. Confer unum cum altero, & videbis ultimum magis stupendum esse primo. Admiror quidem, misericordiam DEI condonare peccata hominibus, qui se convertunt; Sed video hic aliquid, quo alliciat ad condonandum illis: Peccator dolet & odit peccatum suum, flecti ac moveri se finit gratiarum coelestium impulsu, & Bonitas Dei unica è palpebris ejus delapsâ lachrymulâ sibi satisfactum credit. Parum hoc est, videtur nobis, nobis qui nescimus ipsius valorem; sed DEUS, qui aspicit hanc lachrymam velut afflicti cordis sanguinem, quem dolor de peccatis suis ex ipsius expresfit oculis, tanti æstimat ipsam, ut lubens in permutationem det sanguinem venarum suarum, ad perferendas animæ hujus plagas.

Fateor

Patientia
Dei est per-
fectio pro-
sus stupen-
da.

Quomo-
peccatur
reccat
patientia
DEI.

Quod Deus supportet peccatorem, est prodigium

Fateor quidem hanc divinæ misericordiæ abundantiam admirabilem prorsus esse; sed quando Patientia ipsius longo supportat tempore peccatorem in protervâ suâ malitiâ obduratum, qui abs intermissione sua multiplicet crimina, qui continuò ipsius vilipendat gratias, quiq; incessanter de novo justam ipsius provocet iracundiam. O DEUS! quis comprehendat. ubi vel quæ sit potentia, quæ omnipotens ipsius teneat & retineat brachium? ubi est tam fortis ac robustus agger ad retinendum torrentem odii infiniti, quo fertur in peccatum? Nam si peccator repellat misericordiam, nonne necesse est, ut in manus cadat justitiæ DEI sui? si non acceptet veniam, nonne est opus recipere poenam? si non salvetur amore, nonne perire oportet odio? Verum tamen obduratus peccator nec unum, nec alterum experitur in personâ suâ; nec peccata ipsius remittuntur, nec peccata ipsius puniuntur. Unde venit hoc? Tu dicis: Hunc esse triumphum Patientiæ DEI super malitiam ejus. Sed quanta esse potest magnitudo patientiæ eiusque pertingentis?

Quomodo peccatum excuset Patientiam DEI.

Experimur in nobismetipsis malum, quod toleramus exercere nostram patientiam, etiam si leve sit & parvum; si magnum sit malum, defatigat nostram pa-

tientiam: Si malum sit maximum, proternit; & si perseverat, ita, ut semper augeatur, non est patientia, quæ non periclitetur, quæ non cedat, quæ sub onere non deficiat. Jam probè novimus, unicum malum, quod DEUM exercere potest, esse peccatum. Unicum solum peccatum est malum infinitum, quia opponitur conitati infinitæ DEI; videtur igitur ipsum sufficere solum ad exhauriendam totam patientiam infinitam DEI. Interim video duo peccata, hæc sunt duo mala infinita: Video decem peccata, hæc sunt decem mala infinita: video centum peccata, hæc ergò sunt centum mala infinita, & quot sunt peccata, tot mala sunt infinita, quæ DEUS tolerat à malitia istius hominis; Et tamen patientia ipsius inconcussa manet ac impenetrabilis. Quanta debet esse magnitudo & robur ipsius? Si non esset infinita ratione infinita, quomodo sufficeret ad supportandum semper tam ingentem numerum infinitorum malorum? O Patientia DEI mei, quàm es incomprehensibilis!

Eheu! sapius usu venit, longam hanc patientiam DEI præbere anam maximis peccatoribus, sceleratam concipiendi facultatem, quæ indormiscere illos faciat in peccatis suis. Sed si attentè consideretur, non est

Argumentum & discussio consulationis.

Y y 3 moti-

motivum magis efficax ad incutiendum illis horrorem, quo abominentur & detestentur peccata sua, nec non reducendum ipsius quantocyus ad DEUM: Ipsa enim mirum in modum ostendit & manifestat horrendam peccati enormitatem, magnam bonitatis DEI abundantiam, & maximum periculum animarum, quæ longo tempore perseverant in peccato.

Bonus quidam Pastor, vigilantissimus super custodia gregis sui sat magni, sibi à providentia DEI commissi, probè agnoscens obligationem suam reddendi DEO rationem de omnibus animabus, quas aspiciebat velut chara spolia passionis Redemptoris sui, infatigabili zelo

ipsarum invigilabat saluti: sed tantum non intuebatur laboris sui fructum, quantum ferventissima ipsius exoptaverat charitas. Habebat inter alios peccatorem inveteratum, tam induratum in perversitate vitæ suæ, tamque factum insensibilem, ut illum nunquam flectere aut movere potuerit omnibus suis affectuosis exhortationibus, quas faciebat è pulpito. Statuit igitur in illius sese conferre ædes, ipsumque urgere consideratione magnæ hujus patientiæ DEI, quâ tanto jam tempore abutebatur. Fecit id tam efficacibus cum argumentis, tamque felici successu, ut ipsum tandem DEO fuerit lucratus. Ipsorum consultatio ejusmodi tenoris fuit,

ARGUMENTUM.

1. Nihil melius ostendit magnitudinem peccati, quàm longa patientia DEI in illo supportando.
2. Ipse plus sustinet ex uno pecca-

to diuturno tempore continuo, quàm sustinuerit in monte Calvarie.

Peccator est agrotus fugiens remedium.

Non sunt ejusdem rationis mala animæ, cujus sunt illa Corporum. Is, qui patitur in corpore, non majori perfunditur gaudio, quàm si liceat sibi suum præsentem cernere medicum: Ille, qui patitur in animâ, nil sæpius abhorret magis, quàm præsentiam ejus, qui possit illum sanare. Inveteratus hic agrotus, qui circumferebat animam

ferè mortuam ex diuturnitate & multitudine morborum suorum spiritualium, videns Pastorem suum visitatum se venisse, non malè judicabat, parata sibi illum afferre remedia, quæ sibi parùm futura erant accepta: non intermisit tamen ipsum omni cum humanitate, & maximâ excipere benevolentiam, & depositâ utrinque pri-

mâ salute, vultu ad omnem hilaritatem composito dixit ipsi: Nonne huc venis in domum meam ad persequendum me, postquam tam longo tempore è suggestu me sugillâsti in omnibus tuis Concionibus; neminem enim ad hoc præter me solum habere videris. Indies dicentem te audio mira de magnitudine DEI, & non levi timore percellere nos putas, dum nobis inquis, offendere nos illum sedentem in throno Majestatis suæ: Prô quàm miseri, quàm parvuli terræ homunculi sumus! omnipotentem hunc, qui offendamus? Ipse in cœlo est, gloriæ suæ fruens deliciis, quæ parvis nostris non perturbantur malis. An persuaderem mihi voles, ipsum, qui occupatus est semetipso & excellentiis suis, nostris occupari velle crepundiis, quæ nullius omninò sunt ponderis? An ignoramus, divinitatem immortalem esse, & invulnerabilem? Si Deus offendi aut vulnerari posset ab omnibus peccatis, quæ commissa sunt ab hominibus in universo mundo, jam dudum non amplius esset DEUS.

DEUS assumptis
corpore, ut
ostenderet,
quantum
offendatur
a peccato.

Haud obscure video, mi frater, respondet ipsi Pastor, cor suum commotum sentiens maximâ erga cœcitatem ipsius compassione; Probè adverto, quod non credas, offendere te Deum tam crudeliter, uti facis: Non enim potuisses te resolvere ad

perseverandum tam diu in offendendo ipsum, sicut fecisti hætenùs. Verum quidem dicis, divinitatem ipsius immortalem esse, ac invulnerabilem; sed ut propriis oculis nostris corporeis demonstraret, quàm sævè à peccatis nostris se offensum credat, sensibilem se, palpabilem ac visibilem reddere voluit. Probè nōsti, divinitatem absconditam esse sub sancta humanitate salvatoris tui; Ipse verè homo, & verè Deus tuus est: Oculi tui corporales vident humanitatē ejus, de hoc dubitare non potes; & oculi fidei tuæ vident quòque divinitatem ejus, de quo minùs dubitare licet: Fides enim infinito modo certior est sensibus nostris. Ipsemet vide, quomodò hic Deus-homo visibiliter tractatus sit à peccatis nostris supra Golgothæum verticem, & cognosce ex hoc injurias, quibus proscindunt divinitatem ejus invisibiliter.

Ah! non amplius difficulter credo, quod peccatum meum modo infinitâ ratione indigno tractet, & excipiat DEUM in throno Majestatis suæ, dum video, quàm barbarâ crudelitate in Throno Crucis suæ id tractet ipsum. Video, quod ipsum obruat injuriis; video, quod ipsum dilaniet virgis; video, quod ipsi perforet spinis; video, quod ipsi repleat plagis ac vulneribus; video, quod ipsum crudeliter tor-

Quomodo
peccatum
tractaverit
Christum
JESUM in
cruce.

que-

queat, ipsum crucifigat, ipsum manibus pedibusque pertusis infami appendat ligno, & tandem ipsi cum sanguine eruat vitam.

Videte oculi mei injuriam, quâ peccatum meum afficit DEUM invisibiliter in divinitate ipsius, per enormem illam sævitiem, quâ vel maximè visibiliter torquet ipsum in Humanitate ejus. Videte an exerceat, an fatiget Patientiam ipsius, an Patientia alia, quàm illâ DEI sit idonea ad tolerandam crudelitatem tam barbaram, qualem hæc tolerat à peccatis nostris.

Peccatum
demolitur
templum
Sanctitatis
humanæ,
Ezech. 8.

Vade in templum, mi Vates, inquit DEUS Ezechieli; hic locus Sanctissimus est in universâ terrâ: Vade & fode parietem, & vide per foramen istud abominaciones pessimas, quas isti faciunt hic. Sanctissima Humanitas Christi JESU adorandum divinitatis est templum, ubi videre licet abominandam enormitatem peccata, & sævas infinitâ ratione injurias, quæ inferuntur divinitati; inspicere solummodò oportet foramina, ruinas, & universalem demolitionem sacratissimi templi hujus; ipsius pedes, ipsius manus, ipsius caput, ipsius latus, omnia sunt perforata, omnia destructa in Augusto hoc templo: Spectaculum hoc fuit adeò horrendum, ut tota ex in natura fuerit concussa, præ horrore tremuerit terra, fremu-

erit præ pavore cælum, sol absconderit se præ pudore, scissæ sint petreæ præ dolore, omnes creaturæ induerint se lætu, demones ipsi, & totus infernus fuerit expavescens, facturæ omnes lugubri voce & totæ lachrymis perfusæ se effuderint in threnos & planctus exclamando: Quàm monstrum horribile est peccatum, dum ita tractare non abhorruit ipsum DEUM! & tu dicas adhuc omnipotentem hunc offendi non posse à peccatis hominum?

Et nihilominus verum est, ipsum non hic maximas, sed majores alibi recepisse injurias. Tu id nōsti, Domine, tu id nōsti, quantum incomparabiliter majori contumelia, magisque indignè tractatus fueris alibi, quàm in monte Calvarie. Ubi ergo omnium maximas toleravit, omnium gravissimas supportavit offensas? An audire id poteris, mi Frater? Et si audias, an poteris credere? Et si credas, an possibile est, quin moriaris præ dolore, præ pudore, & præ timore? Penes te ipsum est, in corde tuo est, quando committis unicum peccatum mortale; Hic, hic infinita Patientia DEI cunctis suis indiget viribus ad supportandam crudelitatem, quâ sævis in illum. Imò, verissimum est hoc, juxta litteram, non est hæc simplex meditatio, non est exaggeratio, est

est positiva veritas, quam fides nos docet, & magnus Apostolus Paulus hoc Spiritus Sancti instrumentum verbis expressis exaratam nobis reliquit, pro totius Ecclesiae informatione, & omnium seculorum terrore: *Rursum crucifigentes Filium DEI, & ostentati habentes.* Quando committis peccatum lethale, denuò crucifigis JESUM Christum in te ipso, ipsumque habes ludibrio

Heb. 6.

Requiritur
hic fides,
non sensus,
nec ratio.

Imponamus Silentium hic omni humani intellectus discursui, seponamus sensuum nostrorum experimenta, audiamus id, quod fides nos docet. Verum est, non cernere me oculis meis corporalibus, quod iterum crucifigam CHRISTUM JESUM in me ipso tunc, quando peccatum mortale committo. Fateor, non comprehendere me per lumen rationis meæ naturalis, quod hoc sit verum: Haud novi, quâ ratione id fiat, nec explicare id possem, sed benè novi, quod res sit verissima, cum sacræ paginæ luculentis verbis id nobis contestentur, in Sexto Epistolæ ad Hebræos capite. Rursum crucifigentes sibi met Filium DEI; & idiplum repetant in Epistola ad Galatas, ubi Sanctus Paulus illos arguit, quod proseripserint CHRISTUM JESUM, illumque crucifixerint in seipsis: *Et in vobis crucifixus.* Colloco igitur grandem hanc & magni pon-

Galat. 3.

deris veritatem inter articulos fidei meæ, eòquod purum sit Verbum Dei; nec magis creò, ipsum crucifixum esse per manus Satellitum in monte Calvarie, quam credam, ipsum de novo crucifigi in corde malorum Christianorum, quando peccati mortalis se faciunt reos. Aspice erò modò, mi frater, quantâ crudelitate exceperis huc usque JESUM Christum DEUM tuum, & amabilem Redemptorem tuum: Excepisti eum, sicut exceptus fuit in passione suâ; flagellasti igitur ipsum de novo, clavis perforasti manus ac pedes ipsius, pungenti vepreto cruentasti iterum ipsius verticem, vitæque exspoliasti ipsum ac denuò ipsius Sanguinem effudisti: Crede quoad hoc non tuis sensibus, nec tuæ rationi; sed crede fidei crede Deo ipsi, qui expressis id tibi terminis affirmavit: Rursum crucifigentes sibi met Filium DEI. Si horrorem tibi pariunt perfidi Judæi, qui nefandum hoc Deicidium patrare non sunt veriti, abhorre ergò temetipsum, qui tam ingentis abominationis te fecisti participem.

Sed utinam, mi Christiane, Peccator Christianus crucifigit Christum JESUM magis perverso, quam fecerunt Judæi! Audi, in quo magis perversus sit, & benè id capies, eritque impossibile, quin totus obruaris pavore. In

Zzz

pri-

primis Judæi crucifixerunt ipsum, abs eo, quod ipsum agnoverint: Nunquam enim ausi fuissent ejusmodi attentare crimen, si constitisset ipsis, hunc suum esse DEUM. Christiane tu crucifixisti ipsum, probè ipsum cognoscens: tu firmâ credis fide, ipsam esse DEUM tuum; tu speciem refers, quasi adores ipsum, & crucifigis cum in corde tuo. Secundò Judæi in crucem egerunt illum illum, juratos sese declarando ipsius hostes; sed tu Christiane, tu crucis ipsum agis in lignum, profitendo, te ipsius esse amicum, ipsius discipulum, ipsius famulum, proprium ipsius Filium. *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique; Tu verò homo unanims.* Quod inimici mei tantâ in me debacchati sint sævitie; patientia! erant inimici mei; sed tu Christiane, quî meus es Filius, quem propriâ meâ nutriti carnis substantiâ; Ah quantò megis dolent vulnera, à manu amici inflicta! Tertio non crucifixerunt ipsum Judæi, nisi unicâ tantùm vice; sed tu, Christiane, toties ipsum crucifixisti, quoties noxam lethalem commisisti. Mitte in numerum peccata tua; commisisti illorum decem viginti, quinquaginta, centum; certus est, & velut fidei articulum tene, quod toties realiter & crudeliter crucifixeris ipsum in te-

Psal. 45.

ipso: Verum igitur est, offensas Deo à te per peccata tua factas, majores esse illis Judæorum, quando crucifixerunt ipsum in monte Calvariæ.

Nonne fateberis mihi, si oculi tui testes forent, si manus tuæ palparent tantam abominationem, vel ratio tua humana id clarè comprehenderet, impossibile fore, quin vehemntissimo tangereris dolore, quamvis durissima ceu ære fusa tibi foret anima? Ah! unde est, quod fides, quæ infinitâ ratione certior est & tuis sensibus, & ratione tuâ humanâ, de veritate hâc affecurans te verbis adeò expressis: *Rursus crucifigentes sibi met Filium DEI*; tam parum apud te inveniatur fidei, ut ita permaneat insensibilis, quasi id foret mera imaginatio? an igitur magis sit opus urgere te, tibi que manibus palpandam præbere veritatem maximè luculentem, sed tam stupendam, ut, si cor tuum non sit durius marmore, dolore id scindi debeat, quod tempore tam longo in tuis perseveraveris peccatis.

Non sufficit dicere, quod iterum crucifigas Christum JESUM in te ipso, quoties peccas; sed etiam quando voluntariè in malè sanâ tuâ conscientiâ foves & conservas peccatum. Pro quantum obominationes tuæ plus ultra adhuc procedunt absque

Qui non
moveatur,
non habet
fidem.

Peccatum
conser-
vatum in
anima, est
peccatum
nisi Christi
JESU.

cop.

comparatione! Ecce hoc? quia, cum verum sit, quod peccatum sit carnifex ipsum crucifigens, quando hic Carnifex actualiter vivit in anima tua, crudelitas etiam, quam exercet, actualiter semper perdurat, ita ut semper crucifigat Christum IESUM, sicut in primo momento, quo id incepit. Hoc igitur est, semper habere virgas in manibus ad ipsum flagellandum; Hoc igitur est semper clavos & malleum tenere in manu ad perforandos ipsius pedes & manus; Hoc igitur est, spineam coronam nunquam non ipsius implectere capiti, ad ipsum vulnerandum; Hoc igitur est, lanceam semper habere infixam in ipsius latus, ad transverberandum cor ejus, furibundi hostis in morem, qui non contentus suum mactasse hostem, actualiter semper pugionem infixum tenet in ipsius sinu, per diem, per mensem, per integrum annum, abs eo, quod rabiem suam tam diuturno tempore valeat satiare. Hæc crudelitatis tam desperatæ continuatio, quæ toti naturæ incuteret horrorem, nonne morte ipsa magis foret obominanda? Et ita fecisti, mi frater, dum voluntariè fovisti & alicuisti peccatum in animâ tuâ per septimanas, per menses, per annos integros. Eheu! Tunôsti, quot & quantos per annos.

Maximum est malum committere peccatum, sed hoc non semper obfirmatam habet malitiam: quandoque obcoecata passio, aliàs vehemens tentatio urget & sollicitat tam potenter, ut ex imbecillitate se quis sinat illuc abripi: Sæpius occasio præfens tantâ facilitate promovet ad malum, ut ex fragilitate quis labatur & corruat in illud. Verum est, omnia hæc ex toto haud excusare peccatum; sed exinde videtur multò levius, & minus indignum misericordiâ. Sed quando passione sedatâ, tentatione cessante, occasione non amplius præfente, aliquis sibi redditus abominandum hoc peccati monstrum in suâ videt conscientiâ, & pro eo, quod inde concipiat horrorem, & quantocyus illud à se excutiat, id voluntariè fovet & conservat, non provocatus, non irritatus in eo perseverat, & ratione quâdam per novum assensum confirmat; nonne hoc sit pugionem semper infixum tenere in sinu Christi IESU, & continuare Deicidium, quod peccatum hoc in anima vivens & regnans, committit semper actualiter, quamdiu is in suâ perdurat malitiâ, sævitie execrandâ, quæ horrore percellat ipsos quoque dæmones.

Et itane, mi frater? An super portare poteris præsentiam super premi Judicis vivorum & mortuorum?

Zzz 2

tuo:

Majus est malum permanere in peccato, quam in illud decidisse.

Permanere in peccato est irridere passionem, Christi Deumini.

tuorum, quando crimen tuum apparebit coram illo incomparabiliter magis abominabile; quam illud Hebræorum? Adhuc Deicidæ illi, postquam cruci affixerant ipsum, videntes statum, quod ipsum redegerunt, poenitentia moti conceperunt ex in horrorem: *Et revertebantur percutientes pectora sua.* Et tu crudelior his Deicidis, postquam iterum crucifixisti ipsum in temetipso tam procul abes, ut mox poeniteas, & scelus tuum percutias pectus, ut potius prosequaris semper immanem tuam crudelitatem quasi insatiabilis es in affligendo & cruciando Christo JESU? Mors, quam immisericors alias est, emollita fuit, DEUM immortalem, dum vidit in cruce morientem; ita ut aperiens tumulos ac sepulchra, quæ ipsius sunt ergastula, reddiderit eos, quos tenebat sub sua tyrannide captivos. Et tu magis insensibilis & durior morte, non aperis saltem foetens ac horridum mala tuæ conscientia sepulchrum, ut educas inde tot cadavera ocellula, quot nidificat illic peccata mortalia? Tu nōsti, tu probe nōsti, quam portentosum eorundem cumulum tumulaveris intra temetipsum, plures per annos, quibus facinorosa tuam profecutus es vitam, quantumque & quoties fatigaveris patientiam DEI, toties in te-

ipso iterum crucifigendo Filium ejus unigenitum: Et in hoc statu consolatus adhuc potuisti vivere? Et omnes hos JESU Christi occisores fovere & conservare vivos in templo voluisti, quasi complacentiam adhuc ex ipsis hausisses morte, & cruciatibus ipsius illudere voluisses.

Hinc est, quod Sanctus adjecerit Paulus: *Et ostentui habentes.* Post omnes injurias ipsi illatas, adhuc ludibrio ipsum habes: Quoties peccatum committis mortale, denuo ipsum agis in crucem, dumque voluntarie in hoc perseveras peccato, ostentui ipsum habes, inquit Sanctus Paulus, ludibrio ipsum excipis, ac insolenter de omnibus illatis ipsi contumelias triumphas. Et sic per tot annorum decursum mirum in modum defatigasti patientiam DEI. An igitur prosternere omnino ipsam cogitas, ac supplicia ipsius extorquere manibus; reluctante ejusdem bonitate, quæ te expectat ad misericordiam? Imponere tandem finem tuæ satagas obdurationi, antequam DEUS suæ finem imponat patientiæ, tibi que succedat dies ac tempus salutis. Quid nōsti, an non proximus omnino sis termino, & hæc ultima sit gratia, quam offert tibi DEUS per os meum? abs mora, mi frater, jam præsentissimum est tempus revertendi ad DEUM. Ecce horam,

horam, quã respondere oportet voci gratiæ ipsius ad cordis tui januam pulsantis.

Dum bonus hic Pastor loquebatur hæc verba sancto animata Zelo, erranti suæ oviculæ, in antiquis peccatis suis adeo obfirmatæ, advertit mutationem coloris in vultu viri, mox enim erubuit, mox expalluit, totus cogitatio-

nibus defixus, videbatur in animo suo omninò mutatus, quasi luculentis hisce veritatibus, quas percipiebat, jam captus esset & convictus: Ex oris habitu tamen licebat colligere, quasi defendere se vellet, quod bono Pastori ansam præbuit, ipsum ulterius urgendi, sicut videbitis.

ARGUMENTUM.

1. Quod longa Patientia DEI ter-
rere magis debeat peccatorem,
quàm ipsius supplicia.

ARTICULUS II.

Immerito
peccator
confidit
patientie
DEI, ut
differat
conversionem
suam.

VERUM est, sceleratissimum me esse, inquit infelix hic peccator jam semiconversus; sed bonitas DEI abs comparatione major est omnibus iniquitatibus meis. Jam diuturno tempore in meis me supportavit peccatis, sed thesaurus patientiæ ipsius nondum est exhaustus, & eundem nunquam exhaustum iri confido. Nunquam non tantã me excepit & habuit bonitate, ut velut optimam interpreter notam, quod perdere me nolit, quodque non adeo sit irritatus contra me, sicut tibi persuadere videris. Veniet tempus, quo tandem conversionis gratiam mihi impendet; In dies dicam ipsi illa verba Evangelii: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, Adhuc pa-*

Math. 18.

2. Quodque nunquam severius tra-
det ipsum, nisi quando illum non
punit in hæc vitã:

rum patientiæ mi DEUS, & omnia mea debita solvam tibi. Experientia, quam de ipso habeo patientiã, me consolatur.

Malè rem interpretaris, respondit Pastor: equidem proflus è contrario, nihil est, quod majori te debeat percellere timore suppliciorum ejus, quàm longitudo ipsius patientiæ. Pondera benè veritates superius tibi à me explanatas, & vide, an illarum robori ac valori tuus possis resistere animus. Ecce, quod mirabile mihi videtur, & dignum consideratione. Imprimis certum est, Deum infinito odio odisse peccatum, ex eo, quod malum sit infinitum; est autem malum infinitum, quia opponitur bonitati DEI, quæ infinita est. Odium, quo fertur in malum hoc infinitum, æquè est magnum, ac ipsi

DEUS odit
peccatum
in finito
odio.

ac ipsi æquè necessarium, sicut amor quo propriam suam prosequitur divinitatem: Adhæc est æquè impossibile, ut cesset odisse peccatum ex totâ magnitudine infiniti sui odii, sicut impossibile est, ut cesset amare bonitatem suam ex totâ magnitudine amoris sui, qui infinitus est, & sicut verum est, quod amor velit bonum, & infinitus amor infinitum velit bonum objecto, quod amat; sic verum quoque est, quod odium velit malum, & infinitum odium infinitum velit malum objecto, quod odit. Certum igitur est, quod DEUS, dum odit peccatum odio infinito, ipsi velit malum infinitum.

Imaginare ergò tibi, quod a Plura odia infinita in corde DEI. nima, quæ commisit unum peccatum mortale, excitet in corde DEI unum odium infinitum, quòdque hoc odium gravidum sit malo infinito, quod quantomagis paratus est fulminare super ipsam. Quemadmodum percussit & ferit omnes rebelles Angelos in ipso instanti, quo suum commiserunt peccatum, sic certum quoque est, quod feriret infelicem hanc animam, quam primùm peccavir, si patientia sua non retardaret ipsum. Si secundum committat peccatum, jam sunt duo odia infinita, quæ suscitât in corde DEI, & hoc ipsum quoque refertum est malo infinito, quod parat & vult pec-

cato. Interim patientia DEI suas congeminat vires ad retardandum & continendum etiam istud. Si vigesimum committat peccatum, jam sunt edia infinita viginti, & horum quodlibet infinito suo obarmatur malo, quod ejaculari in sceleratum istum vellet, nisi Patientia DEI suum quoque vigesies conduplicaret robur, ad repellenda illa. Et si progrediatur usque ad centesimi commissionem peccati, torrens odiorum & malorum infinitorum augetur & excrefcit semper juxta proportionem peccatorum, magis & magis semper multiplicatorum: & patientia infinita DEI, unicus est agger horrendum hunc retinens torrentem, qui illâ non obstante in instanti se effunderet super peccatorem.

Jam quæro, an dum video torrentem furorum & malorum infinitorum capiti meo imminentem, qui excrefcit semper, qui que non retardetur, nisi vi ipsi factâ à Patientia illius, quem offendi; & si horam ignorem, quâ rumpi debeat ipsius agger, ad diffundendum sese integrum super me, & ego ex parte meâ faciam, quod possum, ad ampliandum & adaugendum illum semper magis per peccata mea: Quæro, an ex eo, quod longo tempore expectarit disrumperè cataractam seque effundere, minus

Quid edat patientiam DEI maxime formidabilem.

DEUS
nifesta
am om
parent
suppor
peccat

Rom.

minus sit formidandus; anque longanimis hæc DEI patientia, quæ ipsum retardat vi magnâ tam diuturno tempore, mihi an-
fam præbeat, ut credam, me magnâ potiri securitate? Nonne hoc potius omnibus momen-
tis vitæ meæ mihi lethalem in-
cutere deberet horrorem? Nam si semper magis magisque excre-
scat, indubitatum est, quod ma-
gis magisque inualeat & expedi-
tus fiat ad diffringendum su-
um aggerem, quàm fuerit un-
quam: Hujus nec hæram novi,
nec momentum, nisi quod cer-
tus sim, quantò diutiùs vi fa-
ctâ retinetur, tantò magis mihi
timendum esse, ne horâ, quâ
minus crederem, erumpat, nisi
quantocyùs promptâ ac seriâ id
prohibeam ac impediam poeni-
tentiâ.

Oportet DEUM omnipoten-
tem esse, ad supportandum tam
longanimi patientiâ peccata ho-
minum; & magnus Apostolus
Sanctus Paulus hæc de re tam
benè judicavit, ut scribens ad Ro-
manos illis stupenda hæc intonet
Verba: *Volens DEUS ostendere
potentiam suam, fastinuit in multâ
patientiâ vasa iræ.* Quod DE-
US, cùm manifestare vellet om-
nibus hominibus, quousque ex-
tendat se maximum omnipoten-
tiæ suæ robur, invincibili pati-
entiâ sustinuerit vasa iræ, obstans
invincibili quâdam virtute, ne à

justissima sua iracundiâ frange-
rentur in frustra. Jam, quantum
sunt hæc vasa iræ, hæc vasa ira-
cundiæ, hæc vasa furoris & vin-
dictæ, de quibus loquitur San-
ctus Paulus? Hæc corda sunt
hominum, quando sunt plena
peccatis. Ne inquiras, quare
nuncupet illa vasa iræ & vindi-
ctæ: Id proprium ipsorum no-
men est, egregiè explicans natu-
ram & qualitates ipsorum: siqui-
dem nonne sit in funestis hisce
vasis, hisque hortoris abyssis,
quod liquare & solvere debeat
omnem iracundiam & vindi-
ctam DEI?

Aspice in hæc vasa, demitte
oculos tuos, mi frater, eosque
vibra in profundam abyssum pro-
pria cordis tui: quid videbis il-
lic? Bona DEUS! quàm hor-
renda monstra, tot nempe, quot
peccata jam senio fermè putre-
facta! fortassis plura adulteria,
fornicationes, impudicitias in-
numerabiles? fortassis blasphemias,
obtreptiones, diffamationes
proximi? Fortassis odia le-
thalia, proditioes, vindictas,
furta, injustitias abs termino?
Fortassis ebrietates, dissolutio-
nes, impietates execrandas? Tu
uosti, tu optimè id nôsti, quid
côacervatum ibi lateat post tan-
tos annos; & omnia hæc mon-
stra habent singula hiantes suas
fauces, voces terrificas, quæ
penetrant cœlos, & inclamant
justiæ

Cor pecca-
toris est
vas iræ.

ed-
arica
DEI
me
idabi

DEUS ma-
nifestat su-
am omni-
potentiam
supportans
peccatores

Rom. 9.

justitiam DEI in throno suo, ipsamque urgent ac sollicitant ad vindictam. Ecce tibi hæc vasa ira, quæ admiranda DEI patientia supportat tot annis.

Peccata
sunt materia
ira Dei.

Omnia abominanda hæc spectra, materia sunt iracundiæ DEI; sed materiæ tam proximæ, tam dispositæ, ut nitrum & sulphur magis disposita non sint ad concipiendum ignem, quàm omnia hæc sint peccata ad succendum justam DEI iracundiam. Ipse odit illa odio infinito, ipse vult illis malum infinitum, & justitia illis permittere non potest, ut transeant impunita: necesse est, ut ipsemet hæc puniat in ripore, si non puniat ipsa peccata suâ poenitentia. Quis ergo omnipotens ipse remoratur brachium? Quis obstat, ne feriat magnos hos gloriæ suæ inimicos, quos abs horrore nequit aspicere, nisi prodigium nunquam intermissum invincibilis ipsius patientiæ? oportet esse DEUM infinitâ ratione bonum, omnis alia bonitas, quàm sua id facere haud posset. Sed, O DEUS, quod hæc bonitas formidabilem se reddat per patientiam suam! Quando audio Sanctum Joannem in Apocalypsi cum tremore interrogantem DEUM: **Apos. 15.** *Quis non timebit te Domine? Quis ille ex cunctis hominibus tantæ fuerit audaciæ, O magne DEUS! qui sub tua potentia non expa-*

vescat præ horrore? Credebam ipsum dicturum fuisse: Quia tu es DEUS percutiens & severissimè puniens peccata hominum; sed aliam hujus longè efficaciorum dat rationem: *Quia solus pius es:* quia tantæ es pietatis, tantæ dulcedinis, tantæ bonitatis, tantæ patientiæ ut sufferas omnia; Non tua severitas, Domine, non tua vindicta me enecant pavore, sed invincibilis tua id facit patientia. Ecce tibi rationem hujus ab Apostolo allatam.

Quando DEUS tantâ cum patientiâ supportat vasa iræ & furoris, ignoras præcipuum bonitatis ejus consilium esse, ut te convertat & perducatur ad poenitentiam: ignoras id, nec facis desuper reflexionem, & temper tua multiplicas peccata, indignissimè ipsius abutens patientiâ & non advertis, secundum ipsius consilium, si primo non acquieveris, esse, quod accumulare te permittat in abominandis hisce vasis thesaurum iræ ac suppliciorum, magno illo ultionum suarum die: *Ignoras, quia benignitas DEI ad poenitentiam te adducit; secundum autem duritiam tuam & impoentens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ.* Avarus, qui aliud non agit, nisi coacervare & corradere, abs intermissione novas adjiciens gazas thesauro suo, absque mensura,

Patientia
DEI est
formidabilior
ipsum
ira,

Thesa
subter
su iræ

mensura, absque numero accumulans semper, & nunquam aliquid inde accipiens, tandem ita locupletatur, ut ipsemet ignoret, quid habeat. Et tu, inverteat peccator, qui accumulas peccata peccatis abs metâ, abs termino ac numero, non faciens quasi desuper aliquam reflexionem, habes in conscientia tuâ fundum sine fundo, ubi accumulas, abs eo, quod advertas, thesaurum infinitorum ac æternorum malorum. Quot committis peccata, tot coacervas infernos, semper unum superaddens alteri, abs eo, quod illorum agnoscas numerum: & DEUS te suffert, neque te punit, invincibili ejus patientiâ permitte, ut facias, quidquid placuerit. Ecce miserabilem thesaurum tuum!

Sed DEUS suum quoque habet thesaurum, qui tuo correspondet, & juxta proportionem tui augetur & crescit. Eodem tempore, quo tuum tu replet thesaurum, DEUS replet & suum; thesaurus tuus repletur peccato, & thesaurus DEI repletur vindictâ. Tertullianus valdè acutè nuncupat infernum thesaurum subterraneum iræ DEI: *Ira divine subterraneus thesaurus.* Est hic thesaurus absconditus sub terrâ, quem videre non potes: est sepultus in terræ centro, quo sola manus DEI ipsum po-

tuit collocare; Et non nisi ipse solus protendere illuc manum potest, ut inde ipsum tollat. Sed funestas divitias, quas completitur hic thesaurus, quis nôsse potest? Tu nôsti, mi Frater, ita, tu benè nôsti; Si nôsti thesaurum peccatorum, quæ tot annorum spatio accumulasti in corde tuo: Hi namque duo thesauri, ita ad amissim sibi correspondent, ut nunquam unus magis repletus sit altero.

Sed an nôsti funestas divitias thesauri tui? an illas numerasti? an cognoscis ipsarum valorem, pondus, numerum, qualitatem? An omnes ipsius portiones, fragmenta, particulas cum otio & successivè misisti in numerum? Ex hoc constabit tibi quantitas & qualitas thesauri iræ DEI, totus namque tuo æqualis est. Sed non, haud nôsti illum: siquidem ita tangereris ex eo, ut morereris mox vel præ dolore peccatorum tuorum, vel præ pavore poenarum horribilium, quas præparat tibi DEUS. Interim vitam ducis quietam & jucundam, quia nescis, nec quid portes in thesauro tuo, nec quid absconditum sit in thesauro iræ DEI. Ah itâne! nunquam hunc nôris? nunquam ingrediaris in thesaurum iniquitatum tuarum, ut illas numeres, illas pensiculetè, & cum morâ ponderes successivè omnes, ut cognito illius

Aaaa

nume-

Thesaurus
subterraneus
iræ DEI

Peccator
nescit funestas
divitias thesauri
sui.

numero ac valore aestimare possis ipsum? Non: Etenim protervum, durum ac impoenitens cor tuum, quod clausum est Deo, est quoque clausum tibi ipsi.

Dū thesauri contriti & inter se confusi,

Tandem igitur portare debetis abominandum tuum peccatorum thesaurum, ita clausum & incognitum tibi ipsi in horrendum thesaurum iræ DEI: *Iræ DEI thesaurus subterraneus*. An expectare voles, quod duo hi thesauri sese illidant, atterant & invicem confringant, quodque thesaurus criminum tuorum graviter impingens in thesaurum iræ DEI, & hic omnipotenti cum robore feriens ac percutiens tuum, ambo allisi & contriti, inter se invicem misceantur & confundantur, cum nempe longissima DEI patientia, in implacabilem mutata fuerit furem? O DEUS immortalis, DEUS omnipotens, DEUS severe ultor criminum cordis indurati, tuam sic irritantis patientiam! Hoc erit tunc, quando peccator videbit invitus, quod, quantum malicia inventum fuerit clausum in thesauro suo, tantum justarum elaudendum sit poenarum in thesauro iræ DEI. Sed an facile extricare poterit implicatas has amborum thesaurorum divitias, quæ ratione hac inter se invicem commiscebuntur?

Numeramodò, numeramodò singulatim, modò dum easdem omnes

possides divitias: Otium tibi erit illarum faciendi supputationem in omnem æternitatem. Pro tali peccato, quod commisi tali momento vitæ meæ, talis infernus in æternum. Sed quàm ingens est portio hæc æternitas! An bene portionem hanc ponderare poteris? An poteris dicere, quantis constet diebus, mensibus, annis, sæculis, millionibus sæculorum, millenis sæculorum millionibus? An horum inire poteris numerum? una æternitas nimia non erit, ad dinumerandam unicam hanc portionem. Sed hæc non est nisi unica portio thesauri tui, plures ejusmodi æqualis ponderis tibi restant: Quando in iis dinumerandis omnibus poteris attingere metam? Ah! quomodò congregare potuisti tam ingentem infelicium harum divitiarum acervum, intra tam parvum annorum numerum? Inde est, quod patientia DEI, quæ non castigabat peccata mea, impiam confidentiam induxit animo, ut illa multiplicarem abs fine. Ah! patientia DEI, quàm severa fuisti, dum mihi pepercisti; permittebas me facere, quidquid volebam, & ego credebam, me perhumaniter à te tractari. Ah quàm modò probè video, te crudeliorem fuisse in me, supportando me ita in peccatis meis, quàm si fulminis ictu me contrivisses, quoties illa

Peccator
ocium ha
bebit in
ferno nu
merandi
infernalit
suas divi
tias.

Patient
DEI e
terribi

illa committebam! Quare operari non sinebas rigorem justitiæ, qui criminum meorum inhibuisset cursum? Quare ita suspendebas ea, quæ promerebar, supplicia, ut sineres incessanter me unum accumulare alteri?

Quàm cœcus eram! Metuebam supplicia cœli, & nunquam non levabam ad te manus, O nimium longa patientia DEI mei, & non videbam, temetipsam longè magis esse horribilem quàm vindictæ omnes, quas iusta DEI iracundia exercet in peccatores, dum tradit illos cunctis desiderii Cordis eorum, relinquens ipsis libertatem incessanter agglomerandi peccata peccatis, & consequenter quoque necessariò accumulandi infernum inferno, O Patientia DEI terribilior omnibus suppliciis tuis! Non cognoscebam te, collocabam in te spem meam, & apparenti tuo confidebam dulcori; sed modò, dum

cognosco te, te aspiciens contremisco; quantò longiorem te video, tantò magis te timeo; Quantò plus in peccatis me suffers, tantò plus rigoris præ te fers. Cessa, O nimium longa patientia DEI mei! cessa me ita punire tantà cum severitate, differendo me diu punire. Mox ubi offendo te, castiga me, ut diutiùs non pergam offenderete.

Iste Pastoris discursus plurimum commovit hunc hominem, qui non nisi oculorum suorum lachrymis, sui que tonsione peccatoris respondit ipsi; & credebatur, quod si ulterius ipsum urgeret, timendum foret, ne in aliquà laboretur desperationem. Ecce quare proposuerit illi aliam considerationem, quæ non nihil nimium ipsius moderabatur timorem, mediante quodam spei ac fiduciæ radio, ex aspectu longæ patientiæ DEI emisso.

ARGUMENTUM.

1. Patientia DEI supportando peccata hominum est continuum quoddam miraculum.

2. Hoc Miraculum est quoddam problema, an scilicet effectus sit justitiæ, an misericordiæ DEI.

ARTICULUS III.

Nos ita assueti sumus videre patientiam DEI supportantem semper peccata hominum, abs eo, quod, nisi rarissimè, adiciat poenam culpæ, ut credamus hoc esse rem ad eò naturalem,

sicut videre solem nunquam non diffundentem jubar suum, abs eo, quod non nisi rarissimè, ecliptetur. Nihilominùs hæc patientia DEI erga peccatores, quæ consueto repugnat rerum cursui, majus abs comparatio-

A a a a 2

ne

ne miraculum est, quàm suspendisse activitatem naturalem ignis ad impediendum, ne combusserit tres pueros in fornace Babylonis. Perpende benè, quod tibi dicam, & ipse judica, an congruat veritati.

Est continuum miraculum patientiæ DEI, quod peccatum non agat in abyssum peccatorum.

Est axioma indubitatum in Philosophia, ipsaq; demonstratum experientiâ, quod omnis res, quæ naturaliter agit, producat semper proprium suum effectum, ubicunque illa sit, & producat ipsum necessariò, nisi vi quâdam extrinsecâ impediatur. Jam peccatum est causa naturaliter agens; producit ergò semper proprium suum effectum necessariò. Non dico, quod ipsummet necessariò producat; scio, id potiùs esse liberum defectum voluntatis, quæ nec cogi, nec necessitari potest, ad illum committendum; sed cum semel productum fuerit cum libertate, tum evadit causa naturalis, quæ producit semper effectum suum, & producit ipsum necessariò, ubicunque est. Et quisnam est effectus proprius & naturalis peccati? Est illud vipera quædam, disruptens ventrem se concipientem; Est parricida occidens patrem se gignentem. Vide, quomodo tractaverit primum Angelum in cælo: Nobilis hic spiritus, qui plus habebat roboris ipse solus, quàm omnes homi-

nes totius alicujus regni, primo congressu attritus fuit per peccatum; Oportebat Cælorum globos, quamvis æris in morem essent solidi, dirumpi sub pedibus ejus, ejus mole ac pondere velut diffracti. Unicum peccatum, quod cecidit super potentissimum angelorum, fuit pondus, quo præcipitatus est in profundum, ejus motus tam celer, rapidusque fuit, ut in icu oculi emensus fuerit totum spatium ab altissimis cælorum, usque ad centrum terræ. Viden effectum ipsius naturalem. Ubicunque est, produceret eundem effectum, & produceret ipsum semper necessariò, nisi impeditur a potentiâ quâdam majori & fortitudine brachii cujusdam omnipotentis: & consequenter certum est, quod nunquam homo, cui non est robur Angeli, committeret unicum duntaxat peccatum, quin in instanti ageretur præceps, velut Lucifer, in barathrum inferni. Eadem enim causa, quæ agit naturaliter, producit semper eodem effectus: *Idem quamdiu idem, semper facit idem.*

Quid ergò impedit, quod peccatum violentam hanc stragem non inferat homini, qui non solum unicum commisit peccatum, sed horum plurima in suâ circumfert conscientia? Ut quid ergò attritus non fuit hujus mo-

le ponderis, cui portando Angelicæ non succerant vires? ut quid in instanti non demersus est in abyssum averni, cum naturalis hic sit & necessarius effectus peccati? Quis non cernit requiri prodigium & miraculum, ad suspendendum naturalis hujus causæ effectum, quæ tanto aliàs cum robore ageret, nisi impediretur? Quis non fatebitur, hunc admirabilem esse triumphum infinitæ patientiæ DEI? O quàm continuum divinæ bonitatis miraculum, dum ita supportat ac sustinet vasa iræ, portando quasi illa in manibus suis, licet immunditiis plena sint ac sordibus horrore percellētibus ipsam, sicq; custodiendo ac impediendo illa, ne forsan confringantur! Nos parvi pendimus hoc prodigium, quod in admirationem cœlestes rapit Genios, cum ita consuetum & frequens sit nobis, ut ne quidem de illo cogitemus sermō. Verum defixâ mente perpendite illud, & videbitis majus hoc esse portentum, quàm si DEUS omnes omnipotentis brachii sui vires intendisset, ad exenterandum, si ita loqui licet, ventrem ac sinū nihili, & extrahendum inde omnes mundos possibiles sibi. Affirmare ratione quâdam possumus, omnia hæc non esse prodigium adeò stupendum, sicut videre ipsum supportantem solummodò animam, quæ pecca-

tnm patravit lethale. Siquidem, quod DEUS, qui infinitus fons est omnis esse, communicat esse suis creaturis; Quod ille, qui bonitas est per essentiam, bonis accumulet entia cuncta; res est ipsi propria & naturalis, quæque nihili constet ipsi. Sed sustinere peccatorem, sed conservare sceleratum, ne in ipso pereat instanti, proprii peccati sui attritus mole; sed portare in sinu suo peccata hominum infinitâ ratione ipsi displicentium, hoc naturæ ipsius videtur adversari.

Ah! quis obligat te ad hoc, Ponitas infinita? ut quid continuum misericordiæ tuæ operaris prodigium, ad impediendum ita inimicorum tuorum ruinam? Ut quid illos tanto complexaris favore, invincibili patientiâ, nunquam non sustinendo ipsos? ut quid cursum naturalem haud permit is rebus, inter quas peccatum velut virus lethalissimum, producendo effectum sibi proprium ac naturalem, interitum absque spe ac remedio, inferret illis in instanti, quo illud in suam admisissent animam? Nonne hoc æquisimum foret? tua vindicaretur injuria, tua gloriificaretur justitia, purgaretur terra horribilissimo, quod in sinu circumfert, monstro, quod peccatum est, eò quod in ipso, quo nasceretur instanti, interiret denud; retardares peccati cursum,

Cur Deus
tam diu
supportet
peccato-
rem.

reprimeres insolentiam peccatorum omnium, incuteres timorem tui; cum e contra, Domine, jam videaris contemni. Patientia tua tibi infert injuriam: Siquidem quantos reperire est, qui velut cœcum te æstimant DEUM, qui videas nihil; vel DEUM imbellem ac impotentem, qui valeas nihil pro defensione tuâ? Et hinc effroenem illam arripiunt licentiam, quâ sua prosequuntur crimina, quæ committere non auderent, nisi tam longam in iis supportandis patientiam demonstrares.

Magis stupendum est, quod DEUS supportet peccata, quam si illa condonaret aut puniret.

Innumeras intueor rationes; quæ impellant te, quæque necessitatem quodamodò, opinionone meâ, tibi imponant castigandi peccata hominum: sed quæro, & nullam invenio, quæ movere te possit ad supportandum illa. Verum est, si adorandum tuum cor subeam, invenire me ibi inexhaustum bonitatum Oceanum, quæ urgeant te ad exhibendum illis misericordiam, ac remittendum ipsis peccata. Si considerem quoque infinitum odium, quo peccatum prosequeris, quodque tam ardens est, quam amor infinitus, quo diligis teipsum, tuæ video rigores justitiæ, quibus urgearis ad puniendum illud severissimè. Sive ergò viderem peccatum à tuâ remissum misericordiâ, sive peccatum à tuâ castigatum justiti-

tiâ, non admirarer ideò: Sed nec unum nec alterum facere, illudque tam longo tempore invincibili supportare patientiâ, quâ nec remittatur, nec puniatur, hoc incomprehensibile omninò mihi videtur. Quod operari non permittas nec amorem tuum, nec odium tuum, nec misericordiam tuam, nec justitiam tuam, quodque videatur infinita tua patientia suspendere utrumque: Quare hoc? quid portendit longa hæc DEI patientia ergà peccatores?

Ingens & stupendum problema est, an scilicet sit effectus misericordiæ DEI, vel sit decretum ipsius justitiæ; An ipsius sit bonitas, an ipsius sit rigor; quo excituletur, ad exhibendum nobis tam longam patientiam. Problema est, circa quod permixtum est nobis discurrere seriò nobiscum ipsis, illudque semper, si velimus, decidere possumus in favorem nostrum. Siquidem si teneam, terrificum id esse consilium justitiæ DEI, quæ non supportet me tam longanimum cum patientiâ, nisi ut liberè me sequi sinat proclivitatem inordinatorum meorum affectuum, abs eo, quod per aliquod me retineat supplicium, eòquod tradere me velit in prædam ac spoliolum peccato, sicut traditus est Daniel famelcentium leonum gutturi; Nonne hoc sit severius tractare

Patientia DEI problema est, circa quod sæpius discutendum.

Patientia DEI facit...

tractare me, quàm si me vivum præcipitem ageret in barathrum inferni, meque actualiter traderet Dæmonum furori? Imò dubio procul, relinquere me cunctis desideriis cordis mei, quo liberè committere permittat ingentem peccatorum numerum, ipso inferno crudelius est supplicium; Hinc non immeritò affirmavit Sanctus Ambrosius, conditionem ejus, qui vivit pacificè in peccatis suis, quique illa liberrimè indies multiplicat, lamentabiliorem & infeliciorem esse, illà miserabilium damnatorum, qui jamjam æternaliter ardent in flammis inferni. Et rationem hujus, quam affero, egregia est; eòquod impius, quamdiu sceleratam suam prosequitur vitam, nunquam non multiplicat peccata sua, & consequenter necessariò accumulatur & coacervatur infernum inferno. Sed miser hic damnatus, quamvis infernum jam sustineat in æternitate, saltem certus est, se nec peccata suà, nec infernum suum amplius multiplicaturum.

Si ergò aspiciam longam hanc DEI patientiam velut effectum justitiæ ipsius, juxta apparentiam quidem me non punientis, re ipsa autem punientis severissimè: Nonne justus concipiam affectus timoris, qui me humiliet coram DEO, qui reverti in seipsum me faciat, qui que ac-

celerare me meam persuadeat efficaciter conversionem, magis, quàm si flagellatus essem ab omnibus infirmitatibus, omnium bonorum oppressus jacturà, omnibus divexatus malis sensibilibus, quibus homo obrui potest in præsentem hanc vitam, eòquod hæc omnia nihil sint respectu rigoris, quo justitia DEI flagellat me, dum in peccatis meis tam longam patientiam me supportans, libertatem mihi relinquit multiplicando peccata mea abs numero & abs fine: & consequenter, si exponam hoc problema ex parte justitiæ, timore perstringi sentio cor meum.

Si ex adverso mihi persuadeam, quod longa DEI patientia me in peccatis meis supportans, effectus sit puræ ipsius misericordie, consultò penes merita punire me differens, eòquod damnare me nolit, sed potius suam me bonitate lucrari & deducere ad poenitentiam: quàm ratione inhibere poterò cor meum, quin vehementissimo amoris affectu erga tantam feratur bonitatem? Itane, mi DEUS, incessanter offendo te, & tu nunquam non amas me? tuam non desino iritare iracundiam, & tu tecum statuere nescis, ut perdas me, quia infinità ratione me magis amas, quàm Patrum optimus suum amet Filium. Tu omnipotens tuum impendis & exten-

Patientia
DEI addit
animos.

extendis brachium, ut quasi vi factâ sustineas me super apertos abyssiis infernalis rictus, quo immensum culparum mearum pondus deprimere me contendit. Ego ipse millenos adhibeo nisus, meâ ut moliar & enitar perditionem, & tu solo te his opponis, expectans me semper mirâ benignitate & patientiâ ad pœnitentiam! O Bonitas ineffabilis! O Bonitas infinito modo amabilis, sine quâ jam tot annis inquilinus forem inferni, an aspicere te possim, nec amare? An tot annis gustâsse tuâ dulcorem patientiâ, & me tibi non devovere? Ament te boni, ob innumera, quæ illis confers, bona; sed hæc quid sunt respectu malorum, quæ supportando me suffers, abs eo, quod disperdere me velis? quid hæc sunt respectu inferorum, quos promerueram, quod etiam jam dudum fuisset præcipitatus, nisi tu me conservâsses, invincibili patientiâ meam expectans conversionem? O Bonitas infinita DEI mei, dubitare nullus possum, quin mihi exhibere velis misericordiam, cum hucusque consignare me nolueris tuâ rigori justitiâ? Ita, cedo, tuus sum, non est cor ita durum, quod tuis non flectatur, non emolliatur illecebris. O si agnoscereris, amabilis nimium bonitas DEI mei, impossibile foret, quin omnes amarent te homines;

Non amplius aleret peccatores terra, cum certissimum sit, te omnium lucraturum corda. Explanato hæc ratione problemate ex parte misericordiâ, indubitatum est, quin ingenti amore succensam tuam experturus sis animam.

Et consequenter verum est, Problema quod longa DEI patientiâ, cum urgens dubium sit problema, siue peccator proficiscatur è dulcore misericordiâ, rem ad se siue è rigore justitiâ, in convertendum, quamcunque explanaveris partem, te urgeat ac impellat, ut quanto cyus te convertas. Tu ne es, divina justitiâ, quæ tanto tempore me toleras in erroribus meis, ut implere me sinas peccatorum meorum mensuram? Id metuo, ideoque percussum me sentio ingenti iudiciorum tuorum timore. Tu ne es, adoranda misericordia, quæ non cessas supportare me in criminibus meis, eod quod disperdere me nolis, sed benignè convertere & dirigere ad pœnitentiam? Credo id, & bonitatis tuæ intuitus me replet spe, confidentiâ & amore. Ah! quid opus est animæ ad operandum in illâ conversionem veram ac solidam, nisi timore & amore? Illam incipit timor, illam perficit amor. Ipsa ergo sola sufficit, si benè ipsam considerem, ad inchoandam & consummandam conversionem meam.

Ad hæc quid inquis, mi frater?

ter? adjunxit Pastor, se conver-
tens ad hunc hominem alias ob-
duratum, sed qui modò totus vi-
debatur emollitus: An cor tu-
um nec timori cedit nec amori?
seria consideratio invincibilis pa-
tientie DEI, quæ tum minatur,
tum blanditur tibi, tum evitabi-
lia tibi præparat supplicia, tum
coronas tibi offert obtentu tam
faciles, an sat valida non erit ad
superandam & expugnandam a-
nimam tuam? Si ipsum te non
amas, ut bona tibi acquiras æter-
na; saltem tibi ipsi compatere,
urab æternis te custodias sup-
pliciiis. Tempus est quid certi
desuper statuendi, non nisi unum
de duobus tibi restat; Vel dice-
re absolute: Renuntio in æter-

num Coelo, renuntio possessio-
ni DEI, & omnibus bonis æter-
nis, meque ultimata determinati-
one devoveo æternæ, ad arden-
dum æternaliter in camino in-
ferni cum diabolis. Vel potius
dicere: desidero constanti vo-
luntate meam custodire animam
ab igne æterno; volo absolute,
quancunque steterit mihi, labo-
rare & contendere ad acquiren-
dam æternitatem beatam: Pon-
dera benè utrumque, è duobus
quodnam arripias consilium.
Ex hoc is homo rationum pon-
dere convictus, magis autem
gratiæ cor suum tangentis po-
tenti attractu impulsus, altum in
coelos suspirium evibrans, ita fa-
ri inceptit.

ARGUMENTUM.

1. Patientia DEI prosternit duri-
tiam cordis obstinatissimi.
2. Quam efficacia motiva aman-

di DEUM habeat anima ex
intuitu invincibilis ipsius Pati-
entie.

ARTICULUS IV.

AH itane! mi DEUS, possibi-
le sit, diutiùs perseverare
me in duritia Cordis mei, trans-
cendendo longam tuam patien-
tiam, longiore meâ obstinatio-
ne ac proterviâ? O Patientia in-
comprehensibilis DEI mei; tot
annis dormire in peccatis meis
sinebas me, quia non respicie-
bam te: sed modò dum me ex-
citas, dumque te considero, tam
potenter me excitas, ut pari ra-

tionem impossibile mihi sit, quin
timeam te, quin amem te.
Contremisco, dum considero, te
tanto tempore supportare me in
peccatis meis. Siquidem eheu!
quid aliud feci toto vitæ meæ
cutriculo, nisi quod incessanter
adauxerim torrentem justæ ira-
cundiæ tuæ? quomodò non mil-
lies jamjam erupit, seque effu-
dit in caput meum? Et quid scio
momentum, quo tua in suppor-
tando me defatigata patientia in

Bb bb

fura.

Sicut
 furore suo conterat me, sicut abundè nimis promerui. Sed quomodo amare te non possum, O misericors patientia DEI mei, conspiciens, quantâ bonitate huc usque me defenderis à dentibus ferocium bestiarum, impediens, ne devorarer à tot draconibus, leonibus, tygridibus, quot in conscientiâ meâ facinorosa circumferebam crimina? Ut quid huc usque occlusisti guttur ipsis, nunquam non prohibens, ne meam depascerentur, prædatitium velut epulum, animam, nisi quia desideras me ex ipsorum eruerè unguibus, meque restituere in libertatem filiorum DEI per gratiam tuam?

*affectus
 gratus pec-
 catoris er-
 ra patien-
 m DEI*
 Quis igitur es, mi DEUS, qui conservasti me tam sollicitè, custodisti me tam amicè, tractasti me tam indulgenter & benignè, dum offendebam te? Et quis sum ego, ego tuam qui ausus fui fatigare tot annis patientiam? Tu, DEUS omnipotens, DEUS æternus, DEUS immensus; tu, Majestas infinita, coram qua totum hoc univèrsum minus est homo, sustinuisi patienter à me contemni, offendi, injuriari; à me misero, à me vili & abjecto, à viscero, quem tuâ ipsemet potentia extraxisti e nihilo, quem tuâ tam affectuose conservasti providentiâ, quem tantis cumulasti & onerasti beneficiis, quem constanti favore prosecu-

tus nil intermisisti, ut ipsius lucrareris cor, ipsumque obligares ad te amandum. Et ingratus ego, dum non cessabas à conferendis in me beneficiis, non cessabam offendere te. Et tu, ineffabilis Bonitas, admirabili cum patientiâ sustinuisi id semper: non solum autem sustinuisi, abs eo, quod punires me juxta merita; sed semper prævenisti me, quæsisisti me, blanditus es mihi, flagitasti me, urxisti me gratis tuis, ut reconciliarem me tecum, & intimus tuus esse vellem amicus.

O magnitudo immensa! Majestas infinita! quid negoti habes cum parvo hoc nihilo, quod requiris tanto cum amore, dum id tantâ te despexit cum insolentia? An tuus ab illo dependet honor? Quid perdidisses, si perire id permisisses? Nonne justitia tua semper glorificata rursus isser in inferni barathro? Ah! quid est homo peccator, qui nihil est ex conditione suâ naturali, qui factus est minor nihilo ex conscientia suâ criminali, qui nihil potest ex suâ impotentia, qui nihil valet ex suâ malitia, & à quo impossibile est, ut aliquid recipias bonum? Et ipsum tu amas? Domine, quasi insignis tuus foret benefactor? Apponiser-ga ipsum cor tuum, quasi is alter foret tu ipse? Quando fugit à te, curris post ipsum, conten-

Admirabilis bonitas DEI,

eis

dis ipsum deuò lucrari, & abs eo, quod defatigeris supportando ipsum in sua rebellionè, expectas ipsum, quoad redeat ad te, invincibili cum patientiâ. O DEUS amoris! O abundantia bonitatis! quam comprehendere nemo potest! Nonne cor sit insensibilis marmore, durius in malitiâ suâ cunctis dæmonibus, quod tuâ se dulcedine flecti ac emolliri non sinat!

DEUS r. c. Quando feror oculis in præteritâ vitæ meæ cursum, totum me inuenio exterrefactum, mihi-que ipsi sum horrore: Siquidem nil intueor nisi abyssus & barathra, quibus me ipsum ex uno in alterum immersi; & Patientia DEI mei nunquam non in suis me sustinuit manibus, ne deglucirer. Quoties tetigit me interius per suas gratias? quoties admonuit me exterius per suos famulos? quoties experiri me fecit remorsus ac stimulos conscientia? quoties excitavit & animavit me, ponens mihi ob oculos bona exempla mei æqualium, sed non mei similium? toties sollicitatus, exoratus, stimulatulus fui ad deserendum peccata mea: & insipiens ego honori ducebam mihi in nullo cedere, in omnibus inflexibilem esse, meque semper magis in malitiâ meâ confirmare; & omnibus me eminere credebam, dum impunè peccare me cernebam: glo-

riabar constantiâ mea in malo, ac si malitia mea triumphare voluissem de bonitate infinita DEI. Quomodò possibile est, patientiam ipsius tantis me annis sustinuisse?

O bone DEUS, quàm inexhausto patientiæ thesauro ipsi erat oppo ad suppeditandum hæc omnia, abs eo, quod unquam defatigabatur videndo se offensum, & incessanter sufferendo per tot annos? An minimam patientiæ huius particellam habere potuissem pro me ipso? Eheu! Aspicio impatientiam meam, quæ tanta est, ut, si minima mihi inuratur injuria, vertar in rabiem, & quanto cyus ulcisci me velim: Opus est tot submissionibus, tot precibus, tot mediatoribus, & vix me patior pacificari. Si idem redierit secunda me vice offendendo, vix petiturus veniam in meum audeat venire conspectum, tantâ abripior impatientiâ, tantâ succendor iracundiâ; Et si edusque deuenit, ut triginta, quadraginta, quinquaginta me aggravet injuriis, novam & maximam mihi inferri crederem offensam, si duntaxat, ut supportarem ipsum, fieret propositio. Et nihilominus, quis est, qui me offendit? est mei similis: Et quam mihi intulit offensam? sapius in rebus nihili, & parvum hoc nihilum sufferre non possum: illatâ primitus parvâ offensâ mea est exhau-

Impacien-
tia hominis
opposita
patientia
DEI.

Ita patientia tota, ita ut credam, rationem me habere nihil ejusmodi deinceps amplius sufferendi.

Deus interponit admirabilem mediatorem, ut obliget peccatorem ad faciendam pacem,

Et tu, O grandis Majestas, quam reverentur omnia sustinuiti à me parvo terræ vermiculo, miliones offensarum lethalium, abs eo, quod unquam patientia tua vel minimum ergà me demonstrasset rigorem. Pro eo, quod debuissim interponere mediatores ad obtinendam à te maximorum meorum criminum veniam: Tu, O omnipotens DEUS, quem continuo offendi, toties mihi duos misisti legatos, ut me sollicitarent, ut me conjurarent, ad ineundam & stabiliendam tecum pacem. Tu, qui immortalis es Deus, & supremum omnium entium, dimittis te, & mittis rogare me miserabile & parvum nihilum, ut pacem tecum statuam, & tuus esse velim amicus. An igitur huc usque se extendit tuæ magnitudo patientiæ? An igitur huc usque ineffabilis tuæ bonitatis te compellit excessus? Et ego miserabilis, me ita requisitum videns à Rege meo, quid feci? Renui per tot defluxum annorum inire pacem tecum, tuos despexi legatos, tuas gratias, tuas exhortationes, requisitiones tuas omnes, nihili tuam feci amicitiam, tuas irriti pollicitationes, amabiles tuas sollicitationes verti in ludos, meis

te postposui voluptatibus, malui vivere mancipiū Diaboli, sub crudeli peccatorū meorū tyrannide, quam eo potiri honore, ut tuam per gratiam, adoptivus tuus evaderem filius, tuique hæres regni: & patientia tua tantos post annos sustinuit hæc omnia, & nondum post hæc omnia abjicere me voluit in tartara, in averni barathra. O Bonitas! infinita Bonitas! miliones cordium si haberem, nondum sufficerent, ad tantum, quantum tenor, amandum te!

Si dicere ausus fuissim ore & altâ voce, coram universo mundo: Malo peccatum, quam omnes gratias DEI; malo infernum, quam paradysum; malo diabolum, quam DEUM: & si pessimus omnium, horrore tamen fuissim ipsi mihi, & nunquam condonare mihi potuissim crimen, tam execrandis patratum verbis, ut diabolus ipsum percellere debuissent terrore, totumque fremitu concutere infernum. Nilominus quod dicere non fuissim ausus, haud difficulter facere ausus fui, nempe tunc, dum tempore tanto sceleratam meam protelavi & persecutus sum vitam, abs eo, quod unquam convertere me vellem, quidquid mihi vel dictum fuerit, vel dictum potuerit. Eram in peccatis, malens illa potius, quam gratiam mihi oblatam: Eram victima de-

dicata

dicata inferno, & incolore malebam horrendum hoc diversorium, quàm paradisum mihi præsentatum; eram mancipium diaboli imperantis mihi, & malebam ipsum quàm DEUM, qui sollicitabat me, ad deserendam ipsius tyrannidem, & amplectendum suum jugum suave ac sui dulcedinem imperii. Sed clarè loquebatur vita, mea enuntiabant opera, quæ lingua proferre nunquam fuisset ausa. Exhibere præsumpsi injuriam DEO, quam effari non præsumpsissem, imò nec cogitare; & in horrore talis vitæ, quæ armare supplicii debuisset justitiæ ipsius manum, ipse me supportavit patientia, meque oesendit tot diebus, tot mensibus, tot annis, usque huc, ut exspectaret me ad poenitentiam, misericordiam exin concessura & indulgentiam.

Affectus
poeniten-
tis animæ.

Plusquàm nimis, plusquàm nimis, infinita Bonitas, restitit tibi, depono nunc arma, tibi que me dedo, sed totum me dedo tuum ad arbitrium, absque exceptione, absque ullâ conditione, fac mecum quidquid placuerit tibi. Quid vis, ut faciam, Domine? Quæ sufficiet poenitentia ad compensandum aliquatenus enormitatem peccatorum præteritæ vitæ meæ. Aperi mihi, O misericors DEUS, aperi mihi fontem lachrymarum, & effundam hæ-

rum plures, quàm in suâ effuderint poenitentia Sanctus Petrus & Magdalena. Sed nondum sufficiet hoc, ad submergendum infinitum culparum mearum numerum in sanguineo hoc cordis mei diluvio. Percute, O vere ac divine Moyses, qui liberasti me è peccatorum meorum captivitate, meque transire fecisti per mare rubrum pretiosi sanguinis tui, percutabis, imò decies, percutere petram hanc, & ictuum vehementiâ aquas fac ipsum deducere in abundantiam; contere duritiam petræ hujus, quæ tanto tempore vehementissimis gratiarum tuarum resistit impulsibus.

Magnitudo & multitudo peccatorum meorum horrenda est; sed firmam confidentiam in ineffabilem tuam colloco bonitatem stabiliente me hac in spe Verbo tuo divino, quod cor contritum & humiliatum non despicias. Sed quis largietur mihi illam, quæ necessaria est, contritionis abundantiam? Quidve pro obtentu illius facere poterò? Tu scis mi DEUS, quod desiderem illam, lubensque vitam meam, ad obtinendum illam velim effundere. O si scirem, quod enuntiando verba actum contritionis significantia, tantæ hæc essent virtutis in ore meo, cujus sunt verba consecrationis pretiosi Corporis tui in ore sacerdotis;

Qui verè
habuerit
hunc affectum, verè
ram habebit
contritionem.

Si scirem, quod dicendo tibi: Doleo ex toto corde meo, me tantum offendisse te, verba hæc virtutem haberent, conterendi virtute contritionis cor meum, ita ut re ipsa, cineris in morem, minutum redigeretur in pulverem, moxque ego ad tuos exspirarem pedes, doloris mei & poenitentia meæ consumptus vehementiam, quam vellem ex toto corde meo quantocyus pronuntiare illa, abs eo, quod vivere vellem vel unico amplius momento.

O bone DEUS, fac me ergò longæ tuæ patientiæ colligere fructus, vel potius collige tu ipse, reddendo te absolutum ac supremum Dominum Cordis mei, quod toties tibi dico ac consecro, quoties sacrilegè id tibi abstuleram. Averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele tuarum abundantiam gratiarum. Omnes elapsæ vitæ meæ annos deperditos censeo, nec alius mihi inde restat census, nisi unicus dolor, quo lugeo istos tam malè

impensos: Et solum hoc est, quod offerre tibi possum in reparationem omnium injuriarum, quibus peccando te affeci. Hodie igitur tuis renasci incipio obsequiis, hodie exordior tibi esse fidelis, tibi servire, teque amare, sed quoniam tam tardè incepì, congemino gradum, ad resarciendum, quantum possibile erit, quod amiseram: gradu deinceps gigantæo curram in vis tuis, nec ullum amplius vitæ meæ dilabi permittam momentum, quod non omnibus repleam bonis, quorum cognitionem & affectus mihi dare placuerit tibi.

Hic felix erat successus totius consultationis: Difficile autem fuerit enuntiare, quâ ex parte maximum extiterit gaudium vel in corde Neo-huius Conversi, vel in animo Charitativi ipsius Pastoris, vel in totâ Curia cœlesti, ubi Evangelium nos docet, mirum in modum gaudere Angelos super uno peccatore poenitentiam agente.

CON-